

72.

Q. D. B. V.

34. 23

SYLLOGE THESIUM

1707 9.

MATHEMATI-
CARVM,

17

Quam

Sub Divino Auspicio,

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo, atq;
Excellentissimo

DN. JULIO REICHELTO,

Mathem. P. P. Celeberrimo, Capitulique

Thomani PRÆPOSITO Gravissimo,

Patrono, Fautore ac Præceptore omni venerationis
& obsequij cultu nunquam non honorando,

SOLENNI Eruditorum Examine,

In Alma Argentoratensium Universitate,

listic

JOHANNES JACOBVS SCHERZ, Argentorat.

Autor.

A. D. 17. Octobris Anni. Ære vulgaris M DCC VII.
horis locoque solitis.

✂) * * (✂

ARGENTORATI,

LITERIS JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.



ILLVSTRI
STIPENDII
OTTONIANI
DIRIBITORVM COLLEGIO,
VIRIS
MAGNIFICIS, PRVDENTISSIMIS,
EXCELLENTISSIMIS, MAXIME
REVERENDO, CONSVLTISSIMIS,
EXPERIENTISSIMO, CLA-
RISSIMISQVE

*Patronis ac Mecenatibus
aeternum colendis,*

Has studiorum suorum primitias
in sui ulteriorem commendationem sub-
misse offert ac dedicat

TANTORVM NOMINVM

Cliens humillimus -

JOHANNES JACOBVS SCHERZ,
Auctor.



B. C. D.

THESIS I.



Erba Auctoris Libri

Sapientiae cap. XI. vers. 22.

ὁ Θεὸς πάντα μέτρω καὶ ἀριθμῶ
καὶ ἡμεῖς διδάσσομεν, eodem
modo intelligenda sunt,

quo illa Platonis: ὁ Θεὸς αἰεὶ γέωμετροῦται.

II.

Non inepte Petrus Ramus contemp-
tores Matheseos Epicureos vocavit, quo-
niam quoad hoc Epicurum sequuntur.

III.

Δοκιμασία Algorithmi numerorum in-
tegrorum, quæ fit tollendo septenarium,
quoties licet, incerta est.

A 2

IV. Al-

IV.

Optima Algorithmos probandi ratio est, quæ fit per operationem contrariam.

V.

Veteribus Algebram cognitam fuisse vel ex Diophanto, præter alia indicia, patet.

VI.

Quanquam Geometriæ nomen scientiæ, quam denotat, minus conveniat; non tamen ideo plane risui est exponendum, cum sæpius rerum nomina rebus ipsis significatis sint angustiora.

VII.

Punctum puncto additum id non facit majus.

VIII.

Errant, qui arcam Noæ minus capacem fuisse putant ad capiendas omnium animalium species, si nempe illo modo fuerit extructa, qui à Sacra Scriptura refertur.

IX.

IX.

Astronomia utilissima, imo ad societatem civilem summe necessaria est, ideoque summo jure maximorum & sapientissimorum Principum alumna audit.

X.

Hypothesis ab inventore Tycho Braheo denominata œconomix naturali contraria est.

XI.

Vix possibile est in hac vita Astronomiam tradere, ut plane sit expers hypothesis.

XII.

Materiam Cometarum è sole potissimum egredi, haud obscura monstrant indicia.

XIII.

Instrumenta Astronomica non semper ideo sunt meliora, quia majora.

XIV.

Mercurius & Venus aliquando in disco Solis videri possunt.

XV.

Non omnes Planetæ suos habent satelites.

XVI.

Luna nunquam minus plena est, quam cum plena.

XVII.

Datur lumen Lunæ secundarium.

XVIII.

In Eclipsibus Lunaribus interdum plus quam tota Luna obscurari potest.

XIX.

Maculæ in Sole visæ non sunt stellæ.

XX.

Satis laudari nequit consilium quorundam Principum, qui Fastorum conficiendorum negotium docto Astronomo inter suos

suos committunt, eliminatis vanissimis
tempestatum, aliorumque eventuum præ-
dictionibus, quorum loco utiliora & ju-
cundiora substitui possunt.

XXI.

Errant, qui putant annum antediluvia-
num fuisse menstruum, non mensium
duodenarium.

XXII.

Horologia sciaterica stylis proprie sic
dictis destituta sunt optima.

XXIII.

Non recte Ptolemæus Lib. III. cap. 13.
Ægeam & Edessam, ut duas urbes, distin-
guit, cum sit una eademque.

XXIV.

Errat Pomponius Mela, quando Messe-
nam & Methonem urbes, quæ in Messe-
nia sitæ sunt, maritimas esse Lib. II. cap. III.
45. negat.

XXV.

XXV.

Non minus male Idem Naupactum inter urbes mediterraneas Lib. II. cap. III. s2. numerat.

XXVI.

Vix datur inexpugnabile munimentum.

XXVII.

Munimentum, quod plura habet propugnacula, sæpius plus damni quam commodi afferre potest obsessis.

XXVIII.

Cortinæ castellorum rectilinæ sunt optimæ.

XXIX.


Angulus, quem ala propugnaculi & cortina constituunt, non minor sit angulo recto.

XXX.

Animalium motus aptissime ex Mechanica demonstrari possunt.

XXX
F I N I S.





Straplen, Diss., 1704-08

ULB Halle

3


005 359 848



VDn8







72.

Q. D. B. V.

34.23

1707.9.

17

SYLLOGE THESIVM
MATHEMATI-
CARVM,

Quam

Sub Divino Auspicio,

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo, atq;
Excellentissimo

DN. JULIO REICHELTO,

Mathem. P. P. Celeberrimo, Capitulique
Thomani PRÆPOSITO Gravissimo,

Patrono, Fautore ac Præceptore omni venerationis
& obsequij cultu nunquam non honorando,

SOLENNI Eruditorum Examine,

In Alma Argentoratensium Universitate,

sistit

JOHANNES JACOBVS SCHERZ, Argentorat.

Auctor.

A. D. 17. Octobris Anni. Erae vulgaris M DCC VII
horis locoque solitis.

✂)**(✂

ARGENTORATI,
LITERIS JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.

